

A 56500 (4)

A 56500(4)-1

A 56500(4)-2

Maths.
Jenichia-
Schriften,
vorzüg-
sditione

ALMAE LVDOVICIANAE
RECTOR
D. IOANNES CHRISTOPH.
KOCH

IVR. PROF. ORD. ACAD. SYND. CONSIL. AVL. HASS.
COM. PAL. CAES.

AD
AVDIENDAM ORATIONEM

^{QVA}
VIR EXPERIENTISSIMVS ET EXCELLENTISSIMVS
DOMINVS

D. IO. WILHELMVS BAVMER

PROFESSIONEM IN ORDINE MEDICO PRIMARIAM

DIE XXVIII. FEBR. A. S. R. CIOIOCC LXV.

RITE AVSPICABITVR

PROCERES ACADEMIAE EXCELLENTISSIMOS
OMNES LITTERARVM FAVTORES

CIVES ACADEMIAE AMANTISSIMOS
HVMANISSIME ET PERAMANTER INVITAT

DE

PRIMIS CONSTITVTIONIS CRIMINALIS
BAMBERGENSIS EDITIONIBVS

QVAEDAM PRAEFATVS.

P. P. DIE XXIV. FEBR. CIOIOCC LXV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.



G I S S A E,
EX OFFICINA BRAVNIA.

ALBANI UNIVERSITÄT

RECTOR

D. JOHANNES CHRISTOPH

ROTT

PROFESSOR

ANDREAS ORATOREN

EXPERIENTIA

DOCTUS

D. IO. WILHELMUS BÄRMER

PROFESSOR

PHYSICAE

27 011 101 42

PRIMUM

ACADEMIAE

ALBANI

1742

IN

ALBANI



NONNVLLA
DE
PRIMIS CONSTITVTIONIS CRIMINALIS
BAMBERGENSIS EDITIONIBVS.

§. I.

Summa dicendorum.

QVVM a primis studiorum meorum annis historia litteraria, & praesertim librorum rariorum cognitio, in amore atque deliciis ita mihi fuerit, vt omne tempus, quod aliis concarenatis occupationibus suffurari & adhuc possum, huic rei impendam: nolui quoque historiae litterariae, imprimis iuris criminalis, amatoribus certio rem de primis Constitutionis criminalis Bambergensis editionibus relationem diutius inuidere; maxime quum viderim, ea, quae hac de re ab aliis prolata sunt, oculatae fidei repugnare. Namque possidet *Dn. Collega coniunctissimus* D. LVDOVICVS GODOFREDVS MOGEN, *historiarum professor ordinarius*, primam anno MDCCVIII., & ego teneo secundam anno MDCCX. typis
A 2 euulga-



euulgatam Constitutionis criminalis Bambergensis editionem. Vtramque ante oculos habeo, seduloque inuicem contuli. Maximae raritatis est vtraque editio, dubitoque, an vllus, qui de iis mentionem fecit, vtriusque copiam simul habuerit; saltem nemo hoc indicauit, vti ex iis, quae sequuntur, patebit. Igitur his instructus subsidiis, postquam varias Ictorum relationes & iudicia recensui, certiora de his editionibus & plane in dubium non vocanda dabo.


§. II.

Variorum relationes & iudicia recensentur.

I. CHRISTIANI THOMASII.

SCENAM ergo aperiat CHRISTIANVS THOMASIVS, a) qui in ea est opinione, ac si Episcopus Bambergensis constitutionem criminalem anno MDX. primum publicauerit, cuius editionis titulum sequenti modo refert: Bambergische Halsgerichts und rechtliche Ordnung in peinlichen Sachen zu vollfahren, allen Städten, Communen, Regimentern, Amtleuten, Vögten, Verwesern, Schultheissen, Schöppen und Richtern dienlich, fürderlich und behülflich, darnach zu handeln und recht zu sprechen, ganz gleichförmig gemeinen geschriebenen Rechten. 2c. Daraus auch dis Büchlein gezogen und fleißig gemeinen Nutz zu gut gesamlet und geordnet ist. In fine additur: Gedruckt zu Weng (lego Meng) durch Johannem Schöpffer auf Laurentii im Jahr 1510.

a) In diss. de occasione, conceptione ac intentione C. C. C. Hal. 1711. §. 35.



§. III.

II. IAC. FRID. LVDOVICI.

PROXIMVM post THOMASIVM locum assignare debemus IAC. FRID. LVDOVICI, qui, *b)* vsus editione de anno MDX. a THOMASIO ipsi commodata, Constitutionem Bambergensem Carolinae adiunxit. Iuit LVDOVICI, quod aetatem Constitutionis Bambergensis concernit, in sententiam THOMASII. Titulum editionis de MDX., his litteris exprimi curauit LVDOVICI: *c)* Bambergische Halsgerichts und rechtlich ordnung, in peynlichen sachen zu volnsfarn, allen Stetten, Communen, Regimenten, Amptleuten, Vogten, Berwesern, Schulteyssen, Schöffen und Richtern dienlich, fürderlich und behilfflich, darnach zu handeln und recht zu sprechen, ganz gleichförmig gemeinen bescriben rechten, &c. daraus auch dis büchlein gezogen und fleißig gemeinem nuß zu gut gesammelt und verordnet ist. Finis ita se habet apud LVDOVICI: Gedruckt zu Wenz durch Johannem Schöffner auff Laurencii im Jare da man zalt nach der geburt Christi fünfzehen hundert vnd zehen jare.

§. IIII.

III. IOANNIS PETRI de LVDEWIG.

PERTINENT huc etiam verba IO. PETR. de LVDEWIG: *d)* *Damus interim varias Legum criminalium Bambergae editiones. Prima produit Moguntiae 1510. f. praelusit-*

A 3

que

b) *Constitutiones criminales cum notis practicis IAC. FRID. LVDOVICI. Hal. 1726.*

c) *In Notis ad praefat. pag. 7.*

d) *In Praefat. ad Scriptores rerum episcopatus Bambergensis p. 15.*



que illa Carolinam. Altera lucem vidit an. 1531. Tertia an. 1580.

§. V.

IIII. BVRCARDI GOTTHELFI STRVVII.

HOS excipiat BVRC. GOTTH. STRVVIVS, e) qui, relata THOMASII sententia, haec subiicit: Verum, prima eademque genuina editio prodiit anno 1508. Prima pagina saltem hunc titulum continet *Bambergische Hals-Gerichts-Ordnung*, cum variis figuris, machinas & instrumenta Iudicii Criminalis praesentantibus. Versa pagina Imp. exhibet throno insidentem, cum adsidentibus ab utroque latere Electoribus. Sequitur Index singulorum Articulorum & Decretorum in hac Constitutione. Inde Christus in nubibus ad Iudicium veniens occurrit, cum hac inscriptione: *Ge-denck allezeyt der letzten ding, so wirdt dir recht thun gar gering.* Sequitur Prooemium, quod ante adduximus, cui haec verba litteris maiusculis sunt subnexa: *Wir haben auch in dieser unser Ordnung umb eygentlicher Merckung und Bebeltniß willen des gemeynen Manns, figur und reymen (nach gelegenheit der Gesetz, so darnach folgen) orden und drucken lassen.* Passim igitur insertae figurae, rem ipsam de qua agitur, repraesentantes, cum versiculis supra scriptis. In fine additur: *Vnd damit in unsern Halsgerichten dieser unser Ordnung wissen gehapt, auch (so dieselbig volgeter massen ausgegangen ist) furter darnach gehandelt und gericht werde, so haben wir die, im druck zu manigfeltigen, und furter in unsere Ampt und Halsgericht zu schicken verfuget, yedoch behalten wir uns und unsern nachkommen bevor, solch Ordnung zu erclern,*

e) In *hystouja iuris*. Ienae 1718. cap. 9. §. 27.



erclern, meyn und mundern etc. Getruck zu Mentz durch
Iohann Schoeffler uff Bartholomei. Im jar do man zalt nach
Christi geburt fufftzeben hundert und acht Iarr.

§. VI.

V. IOAN. ADAMI KOPPIL.

VERIOREM IO. AD. KOPPIVS, *f*) profitetur sen-
tentiam, GEORGIVM scilicet Episcopum Bambergem-
sem anno CIO IO VIII. Ordinationem criminalem, ann.
CIO IO X. & CIO IO XXXI. recusam, publicasse; atque de his
editionibus haec narrat KOPPIVS: *primam huius Constitutio-
nis criminalis editionem de ann. 1508. ad manus habuit g*) STRV-
VIVS, *secundam THOMASIVS; Tertiam ipsi possidemus, &
quidem iisdem figuris & versiculis, de quibus STRVVIVS men-
tionem e prima fecit.*

§. VII.

VI. CHRISTIANI GOTTLIEB BVDERI.

VTRIVSQVE editionis de anno CIO IO VIII. & CIO IO X.
mentionem etiam, sed tribus saltem verbis, facit CHR.
GOTTL. BVDERVS; *b*)

§. VIII.

VII. IOAN. FRID. EISENHARTI.

SED IOAN. FRID. EISENHARTVS, *i*) primam tan-
tum

f) In *historia iuris*, Part. V. thes. 6. & not. *l*.

g) Id vero STRVVIVS aperte non dixit, & multas de eo dubitandi
causas habeo. Vid. infra §. XIII.

b) In *Bibliob. iur. Select.* edit. 8va pag. 443.

i) In *Institut. historiae iuris litterariae* c. 13. §. 9.



tum memorat editionem, eamque MDXVIII. publicatam esse scribit. At enim vero per incuriam Typographi pro MDVIII. positum esse MDXVIII. ex sequente §. 10. manifestum est.

§. VIII.

VIII. IOANNIS FRIDERICI CHRISTII.

PRAECIPVE annotari merentur, quae IO. FRID. CHRISTIVS ^{k)} de editione an. MDXVIII., cuius inspiciendae copia ipsi facta est a praefecto bibliothecae civitatis Halensis publicae, retulit. Verba eius haec sunt: Titulus inscribitur: *Bambergische Halsgerichts und rechtlich Ordnung, in peynlichen sachen zu vollfarn, allen Stetten, Communen, Regimenten, Amtleuten, Bdgten, Berwesern, Schulteyßen, Schöffen und Richtern dienlich, fürderlich vnd behülfflich, darnach zu handeln vnd rechtsprechen, ganz gleichförmig gemeynen Rechten, daraus diß büchlein gezogen vnd fleißig gemeynen geschriben Nutz zu gut gesammelt vnd verordnet ist. In fine habetur getruckt zu Mentz durch Johann Schöffers uff Bartholomei, im Jahr, do man zalt nach Christi geburt funfzehnen hundert vnd acht Zare. Constat articulis plus cclxx, haec constitutio, & omnes icones, numero xxii., rhythmis (quorum aliquos CHRISTIVS excerplit,) distinctae sunt.*

§. X.

VIII. GERMANI PHILOPARCHI.

AGMEN claudat GERMANVS PHILOPARCHVS ^{l)} sequen-

k) In diss. de IO. SCHWARZENBERGICO p. 12. seq.

l) In des Flugen Beantten auserlesenem Criminal-Proceß. S.I. c. 1. §. 18. Nürnberg 1760.



sequentia enarrans: Unter allen war der erste Georg, Bischof von Bamberg, dieser war besorgt, eine Criminal-Verordnung machen zu lassen, und sind davon zwey editiones vorhanden; die eine von An. 1531. und die zweyte von An. 1543. Beyde sind von Schöpffern zu Maynz gedruckt worden. Der Titul ist: -- -- sed piget reliqua excerpere, vtpote manifeste falsa.


§. XI.

Repraesentantur editiones de an. CIO IO VIII. & CIO IO X.

ORDO iam postulat, vt ipsas, quas ante oculos habeo, repraesentem editiones. Vtraque formam, quam folio vocamus, habet, & LII. foliis constat. In vtraque paginarum numeri deficiunt. Vtraque ornata est iconibus, ligno incisis, numero XXII. & rhytmis plane iisdem. Articulorum numerus in vtraque est CCLXXVIII. Interim hoc praecipuum habet editio de an. CIO IO VIII., quod in illa icones variis coloribus nitidissime sint distinctae. Vtrum id in omnibus exemplaribus editionis de an. CIO IO VIII. factum sit, equidem affirmare non ausim. Paginae vtriusque editionis exacte conueniunt. En titulum & finem editionis de CIO IO VIII. accurate expressum: *Wun- bergische halsgerichts vnd rechtlich Ordnung, in peynliche sachen zu volnsarñ, allen Stetten, Communē Regimenten, Amptleuten, Bögten, Verwesern, Schulteyßen, Schöffen vñ richtern Dienlich, fürderlich vñ behilfflich, Darnach zu handeln vnd rechtsprechē, ganz gleichförmig gemeyne geschriben Rechten zc. Dar auß auch diß büchlin gezogen vñ fleißig gemeynert nutz zu gut, gesammelt vnd verordnet ist. Verba finalia sunt: Getruckt zu Menz durch Johannem Schöpffer auff Symonis vñ Jude, im Jar do man zalt nach geburt Cristi fünffzehnhundert vñ acht jare. Titulus editionis de an.*

B

CIO IO X.



CIO IO X. idem est, praeterquam quod in his quinque vocabulis: halßgerichts, Schulteyfen, glichesförmig, gemeinen, vnd, alia occurrat orthographia. Finis ita sonat: Getruckt zu Wenz durch Johannem Schöffer auff Laurencij im Jare do man zalt nach der geburt Crissi fünffsechenhundert vnd zehen jare. Vtraque editio in ipsis articulorum argumentis exacte consentit, & omnis diuersitas inter vtramque ab incuria typographi, vel vocabulum omittentis, vel aliam orthographiam eligentis, vel sphalma typographicum committentis, ortum ducit. Interim nec in editione de an. CIO IO VIII. spalmata typographica, in oculos statim incurrentia, desunt. Dabimus quaedam illustrationis caussa.

in edit. de CIO IO VIII.

legitur
gestraft
myßbreüch
geneyße
Taschen richter
verstaundt
volgeter
damit
beschwerenüssen
löfchen
Keyserlichen
Wenz


in edit. de CIO IO X.

legitur
gestraff
mißbruch
geneyße
Taschen richter
verstandt
vorgeter
damit
beschwerenüssen
solchen
Keyserlichen
Wenz.

Imprimis vltimus a typographo, in editione CIO IO X. pro Wenz Wenz exprimente, commissus error diuexauit LVDOVICI *m*) & THOMASIVM. *mm*)

§. XII.

m) c. l. p. 309. *mm*) cit. loc.



§. XII.

Rhythmi & lemmata iconibus apposita.

GRATIAM me apud eos, qui eiusmodi elegantias aestimare didicerunt, initutum fore confido, si rhythmos, pro tempore plane elegantes, lemmataque alia transcribam, praesertim quum nemo hactenus omnes & vniuersos excerpserit. Ipse Praesul GEORGIVS de iis ita pronuntiat in fine praefationis: Wir haben auch in diser unser ordnüg vmb eygentlicher merckung vñ beheltnuß willen des gemeynen manns, figur vñnd reymen (nach gelegenheit der geseß, so darnach uolgen) orden vñnd drucken lassen. Iconi primae in fronte libri conspicuae, nil, nisi titulus Constitutionis, supra relatus, superscriptus est. Icon secunda sequens articulum indicem & praefationem praecedens, repraesentat Christum in nubibus cum duobus angelis iudicium extremum habiturum, cui haec inscripta sunt:


Gedenck allezeyt der letzten ding,
So würt dir rechtthün gar gering.

In dem vrteyl darinnen ir vrteylt,
werdet ir geurteylt. Mathei am vij.

Der herr thüt die Barmherzigkeit vñnd das Vrteyl,
Allen den die erleyden das vnrecht. Psal. c. j. ij.

Kumt her Ir gebenedeiten Get hin jr vermaledeiten.
Icon tertia ante art. III.

Das volck kumt zü mir, vñ sucht die vrteyl
gotes. Moyses Exodi am xxvi.



Fürsich dich von allem volck mit weisen maßen
vnd die do fürchtē gott, in dē, da sie die warheit
vnd die hassen die gētigkeit vnd setz auß in die
do vrteylen das volck Jhetro. Exodi am xxvj.

Icon quarta ante art. V.

Gefellen mercket ewer pflicht Seel vnd ere verwürcket nicht.

Icon quinta ante art. X.

Meyn ampt vnd pflicht mir gebeüt
Züstraffen böshafftige leüt.

Vff ewern befehl vns gethan.
Bring wir gefangē diesen man.

Icon sexta ante art. XVII.

Was ist die sach oder argkwan,
Das der verclagt hat gethan.

Herr Richter laßt mir nemen an
Eynen schadhafftigen man.

Icon septima ante art. XXVI.

Vil verthün vnd wenig haben
Zaigt argkwenig diese knaben
Zü übel vil die strefflich seyn
Dardurch sie komen oft in peyn.

Icon octaua ante art. LVI.

Seyt sich auff dich erfunden hat
Redlich anzeigung der myssethat
Fürstu nit vnschuldt auß nach radt
Die peynlich frag soll haben statt.

Icon



Icon nona ante art. LXXIII.

Du solt nit falsch gezeügnuß gebē
Als lieb dir sey das ewig leben.

Icon decima ante art. LXXXX.

Herr Richter seht mir einen tag,
Dz ich meyn recht völsüren mag.

Icon vndecima ante art. LXXXXV.

Nicht wir nach dises büchs lere
Do mit verwarn wir sel vnd ere.

Die übeltetter laß nit leben. Exodi. am. xxiij.

Der do gerecht vrtenyt den bösen, vnd der do
verdampft den gerechten, der nedweder ist ver-
worffen bey gott. Prouerbiorum. am. xvij.


Die myet vnd die gab, erblenden die augen
der Bireyler. Ecclesiastes, am. xx.

Forch, vnseyß, veyndtschafft, gunst, vnd gab
Von recht vnd warheit füret ab.

Icon duodecima ante art. CXXIV.

Wo du gedult hast in der peyn
So wirt sie dir gar nüglich sein
Darumb gib dich willig darein

Icon decima tertia ante art. CXXV. eadem est cum icone
prima machinas & instrumenta iudicii criminalis repraesentante. Caret inscriptione. In altera pagina eiusdem folii
occurrit Icon decima quarta ante art. CXXV.



Wem trew straff nicht bringet frucht
 Der kumpt dick in des meysters zucht
 Des werck vnd zeug wirt hie angehengt
 Wol dem der sich zu tugent neyget.

Icon decima quinta ante art. CCXXIX.

Welcher vnuerursacht
 Dise leich hat gemacht
 Sol komen in die mordtacht.

Icon decima sexta ante art. CCL.

Herr der Richter tugentreich
 Laßt allen kosten rechen gleich.

Icon decima septima ante art. CCLXV.

Die weyl der thetter ist hyndan,
 Seyn güter schreiben eben an.

Qui rhytmus in editione de ciō 10 x. deest, licet icon
 adsit.

Icon decima octaua ante art. CCLXVII.

Betrettē hab ich das meyn
 Schafft mir dz als es sol sin.

Icon decima nona ante art. CCLXX.

Herr Richter, alleyn zurecht
 Bit geleht ich armer knecht.


Icon vigesima ante art. CCLXXII.

O Richter hie in diser welt
 Ewer er vñ sel gebt nit vñ gelt

(Iudex marsupium alloquitur,)

Tasch was wiltu geben mir
 Meyn vrteyl wirdt genedig dir

(Lictor



(Lictor adhortatur marsupium,)

Fasch wölt ir lenger leben
Meim herñ müßt ir gelt gebē

(Marsupium responderet,

Mit gelt wż ich wol beschwert
Falsch richter habē mich gelert
Sölt ich des nit lachen
Im feld vnd vnder dachen.
Kan ich dieb vñ rauber machē.
Vf land vñ wasser raubt man ser
Noch raubē tascherichter mer.

Icon vigesima prima ante art. CCLXXIII.

Auff böß gewonheit vrteyl geben
Die dem rechten widerstreben
Ist diser blinden narren leben.

Icon vigesima secunda ante art. CCLXXVI.

Ir herren denckt an ewer pflicht
Vnd rat das yedem recht geschicht
Fürchtet gott vnd seyne gericht.

Lieben herren rath vns schlechten,
Wie halt wir vns gemēß dem rechten.

Interim lubentissime largior, venustatem valde diminui, si quis icones simul ante oculos non habet; qui tamen defectus optime suppleri poterit, si articuli, quibus icones praefixae sunt, conferuntur, eorumque tenor inspiciatur. Modo hoc scias, articulorum ordinem in Constitutione *Bambergenfi* & *Carolina* non esse eundem.

§. XIII.



§. XIII.

Collatio hactenus dictorum, ubi vera a falsis secernuntur.

NVNC omnia praeparata sunt, ut de veritate relationum memoratarum (§. II - X.) iudicare queamus. Vera est eorum sententia, qui editionem de an. CIO IO VIII. primam esse aiunt, *m*) atque IOANNI L. B. de SCHWARZENBERG *n*) honorem Auctoris asserunt; *o*) si modo per manes LEYSERI honorem vocare licet. *p*) Lapsi igitur hac in re sunt THOMASIVS, LVDOVICI, de LVDEWIG, &

m) Praeter supra excitatos id defendunt BOEHMERVS, ENGVIVS, MEISTERVS, de SELCHOW in *historia iuris* part. IV. c. 2. S. 2. §. 347. HORIX in *progr. wahre Veranlassung der peinl. S. G. D. R. Carls des V. §. 11.*

n) De *Vita & Scriptis* SCHWARZENBERGII, GOTTLOB AVGVSTVS IENICHEN anno CIO IOCC LVIII., quum Licentiatum iuris renunciaret. orationem habuit, ex schedis *beati Viri* mihi communicatam. Fere in omnibus CHRISTII vestigia pressit.

o) BVDER, CHRISTIVS, de SELCHOW, HORIX, loc. cit.

p) Vid. LEYSERI *praef.* ad HERZOGII *Sammlung auserlesener Responforum criminalium*, in *Meditar. ad Pandectas* spec. 633. ibi: Inter omnes Iureconsultos, quotquot vnquam consiliis principum adhibiti sunt, nulli ineptiores fuerunt iis, per quos Carolus V. Imperator suas de criminibus leges compilavit. Exegerunt illi monumentum inscitiae suae, inertiae, indigentiae, aere perennius, quod nulla vnquam deletura est vetustas. Totum hoc ius mancum, mutilum, obscurum, & sibi ipsi contrarium est.



& pessime PHILOPARCHVS. Nec vllam meretur fidem ENGELBRECHTVS, qui, referente LVDOVICI, *q*) vetustioris editionis de an. MDCCCXXI. mentionem iniicit. Si coniecturae locus datur, ego substituendum putarem annum MDXXXI. Editio de anno MDX. extra dubitationem posita est. De editione an. MDXXXI. excusa fidem fecit KOPPIVS, & in annis MDXXXVIII. MDXXXIII. MDLXXX. & MDLXXXIII., ordinationem nostram repetitis vicibus excusam esse, alii testantur, quorum fidem in dubium vocare nolo. *r*) Deinde neque THOMASIVS, neque LVDOVICI, (cuius editio plane innumeris scatet mendis,) neque STRVVIVS, neque CHRISTIVS, vel titulum, vel verba finalia, vel ipsum articulorum textum accurate exprimi curauere, quod ex collatione excerptorum (§. II. III. V. VIII. XI.) facile euinci potest. Relationem saltem STRVVIANAM, (§. V.) quia nimium a veritate recedit, examinabo. Refert nempe STRVVIVS, primam editionem de an. 1508. saltem hunc titulum continere *Bambergische Halsgerichts-Ordnung*. Quod falsum est & oculatae fidei repugnat, (§. XI.) imo exemplar *Hallense*, quo CHRISTIVS vsus est, contrarium exhibet. (§. VIII.) Narrat deinde STRVVIVS versam paginam primi folii exhibere Imperatorem throno insidentem cum adsidentibus ab utroque latere Electoribus. Et hoc falsum est. Nam versa pagina primi folii in vtraque editione, quam in manibus habeo, vacua est. Secundum, tertium, quartum, quintum

C

tum

q) cit. loc. in praefat. sec. edit.

r) De LVDEWIG cit. loc. *Biblioth. Lipen. Ienich.* Edit. nouiss. Lips. 1757. sub voc. *Bambergensia*.



tum & sextum folium continet indicem articuloꝝ, & in septimi demum folii pagina prima cernitur icon secunda, Christum Saluatorem iudicium extremum habiturum repraesentans. Consentit CHRISTIVS, icones saltem XXII. in exemplari suo numerans. Possideo editionem Confit. criminal. carol. de an. CIO IO LXXXI. Gedruckt zu Franckfurt am Mayn, durch Nicolaum Basseum, fol., iconibus quibusdam ornatam. In hac editione folio secundo icon occurrit, Imperatorem cum septem Electoribus repraesentans. Inde fortassis error originem traxit. Nam nec verba finalia, quae STRVVIVS exhibet, ad fidem genuinae editionis expressa sunt. Erronee legit Getruck pro Getruckt; Johann pro Johannem; vff bartholomei pro auff Symonis vñ Jude; nach Christi geburt pro nach geburt Cristi; fufftgehen pro fünffgehen; und acht Jarr pro vñ acht jare. Interim quoad verba, uff Bartholomei, adhuc subsisto, quia & CHRISTIVS ita legit. Certe, si exemplar, quod referente CHRISTIO in Bibliotheca ciuitatis Halensis publica asseruatur, ita habet, duas eodem anno editiones & quidem intra tam breue temporis spatium, quod est inter diem *Bartholomaei & Simonis & Iudae*, prodiisse confectaneum est, quod tamen mihi persuadere non possum. Quidquid interim sit, in exemplari omni exceptione maiori, quod *amicissimus Collega Dn. MOGEN* possidet, legitur auff Symonis vñ Jude. Fortassis, si a concatenatis laboribus tantum mihi otium superest, editionem accuratam



tam Constitutionis criminalis *Bambergensis matris & filiarum Brandenburgicae & Carolinae*, procurabo cum variantibus lectionibus, CHRISTII dissertatione & oratione *b. IENICHEN*, aliisque. Possideo enim Ordinationis *Brandenburgicae* de anno *CIOIO LXXXII*. editionem, quae eximiae raritatis est, quamque nec THOMASIVS nec LVDOVICI vidit.

§. XIII.

Inuitatio ad orationem.

SED iam vela contrahenda sunt, & ad id properandum mihi est, cuius caussa haec omnia praefatus sum. Namque a SERENISSIMO LANDGRAVIO, Almae nostrae NVTRITORE MVNIFICENTISSIMO ex Academia Erfordiensis in *hanc* Academiam clementissime euocatus est, qui *docendo, scribendo & medendo* maximam famae celebritatem adquisiuit, *Vir Experientissimus Excellentissimus atque Celeberrimus* Dn. IOANNES WILHELMVS BAVMER, *Phil. & Med. Doctor & Professor ord. Eminentissimi Electoris Mogunt. a Consiliis Acad. Elect. Scient. util. Assessor ord. ad Professionem in ordine medico primariam, iuncto Physicatu per praefecturam Giessensem additaque insuper dignitate Consiliarii rerum metallicarum.*

Muneris igitur adeundi caussa, more consueto, futu-




ro *Iouis* die orationem sollemnem VIR CELEBERRIMVS
recitabit, dicturus de *ratione*, qua *studia medica ingyedienda*
sunt. Quam sollemnitatem, vt grata frequentia ornare
velint MAGNIFICVS PROCANCELLARIVS CETERIQVE
PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, OMNES IN HAC
VRBE LITTERARVM FAVTORES, CIVES DENIQVE NO-
STRI AMANTIS SIMI, ea, qua par est, obseruantia rogo.

P. P. Gieffae d. XXIV. Febr. CIO IOCC LXV.



S
I
e
B
C
-
D.



A 56500

(4)

Rechtliche Bedanken

Colour & Grey Control Chart


Danes Picta



in realibus;

wie auch:

Von der Unstatthaftigkeit der



D. Johann Christoph Kow
zweyten Lehrer der Rechte, Hofrath und Com.
palat. caesar.

Gießen, 1764.
bey Johann Philipp Krieger.